



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Decimatertia Conclusio. Quando reus in tortura crimen contra se confessus est, potest repeti ad torturam ad detegendum socios criminis, in casibus, quibus de sceleris participibus interrogatio iure ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

propter confessionem vi tormentorum factam, fuerunt ultimo supplicio affecti. Ex his alijsq; quæ adferri possent, satis clarum redditur id quod in d. §. Quæstioni fidem, à Iuriconsulto dicitur, quod tortura res sit fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat: idque vt ex sequentibus liquidum est, nascitur ex diuersa & varia hominum constitutione.

*Decimatertia Conclusio. Quando reus in tortura crimen contra se confessus est, potest repeti ad torturam ad detegendum socios criminis, in casibus, quibus de sceleris participibus interrogatio iure institui potest.*

**L**. fin. C. de accusat. & in script. DD. ibidem. Marsil. in practica. §. Diligenter. Damhauder. in rerum crimin. praxi, cap. 38. num. 14. & alij communiter in hac materia: hoc enim omnium iudicum praxis recepta attestatur. In quibus autem casibus quis de socijs iure interrogetur, demonstratum est in secundo membro superioris tractatus.

*Decimaquarta Conclusio. Quando reus in tortura confessus fuerit crimen & deinde ductus ad ratificandum confessionem*  
can